



<sup>21</sup>  
B2281

SACRA NVPTIALIA  
*Illustissimi, ac Magnifici*  
**DOMINI, DOMINI**  
**JOANNIS CAROLI**  
*L. B. de*  
**HELLEMBACH,**  
 Dynastæ Hæreditarii in Patzola &c.  
 SPONSI FELICISSIMI

*Cum  
Illustri, ac Splendidissima*

VIRGIN E  
**S V S A N N A,**  
*Spectabilis quondam ac Generosi*  
**DOMINI, DOMINI**  
**JOANNIS SEMBERI**  
 De Felsó Szud,

Dominiorum Cameratico - Montanorum Præfecti &c.  
 FILIA LECTISSIMA  
 SPONSA DESIDERATISSIMA

A. R. S.

M. DCC. XLIII. die XIX. Februarii  
**VETERESOLII**  
*celebrata,  
læta mente recolunt*

Dionysius & Michael Radvanfsky  
 fratres.

*POSONII,*  
 Typis Hæredum Royerianorum 1743.



**C**onsedere Dii, Mauors, & Apollo, Venusque  
Quisque iubens CAROLUM, vult sua castra sequi.  
Suadeo, castra sequi, Mars fatur: Martia virtus  
Militibus semper præmia larga tulit.  
Classica nunc resonant Mauortis, prælia poscunt,  
Belligeræ gentes, signa mouere iubent.  
Terra madet, multo profuso sanguine, tetra,  
Ultrices poscit perfidiaque manus.  
Gallica gens, astuta magis, quam fortis in armis,  
Territat, & strepitat, bella cruenta parat.  
Fortis adest Pannon, redit in præcordia viirtus,  
Incipit & cineres condecorare patrum.  
Strictos nil metuit gladios, & adire pericla,  
Hostes impellit frangere, gentis honor.  
Hic animis opus est validis, hic pectore firmo,  
Occupet haud mortis pallidus ora metus.  
Ast, vbi fata vetant aciem perrumpere fortem,  
Adfuit, vt celeri, sic fugit, ille, pede.  
Hic CAROLVS documenta dedit, quem bellica iam iam  
Testantur fortem facta fuisse virum.

Hæc tacitus secum diuinus Apollo volutans,  
Ad Musas CAROLVM, sic reuocare studet:  
Gentis honos meritus, Musis primordia debet,  
Has coluisse diu, gloria gentis erit.  
Præmia nec renuunt gnauis cultoribus ampla,  
Et faciunt clarum, qui fuit ante nihil.

Nasci-

Nascitur augustum, de augusto stemmate, nomen,  
Dum tradunt chartis, fortia gesta virum.  
Fama perennabit, semper mansura, per orbem;  
Nam nunquam poterunt hæc monumenta mori.  
Se CAROLVS pridem totum sacrauerat istis;  
Non decet inceptas deseruisse vias.

Vix potuit Phœbus supremum imponere finem,  
Incipit alma Venus talia verba loqui:  
Si pugnare cupis, victor, vietricibus armis,  
Hic, generose heros, suavia castra patent.  
Hostis, ibi, tanquam rupes immota resistit,  
Nobilis heic virtus peruvia cuncta facit.  
Corporis, ac animi non desunt otia grata,  
Nullus adest lacrimis, tristitiaque locus.


Talia dum CAROLVS secum sub mente reuoluit,  
Otia sponte sua, plena labore, legit.  
Nulla mali formido potest subuertere copta,  
Quodque malum est aliis, dicit, id esse bonum.  
Non solet esse malum, dum fit selectio mente:  
Quid? Veneris natam non licet esse malam!

Siccine, fert animus, mutatis passibus ire,  
Et placida, lasso corpore, pace frui?  
Judicium rectum TIBI currit tramite recto,  
Omnia, quæ queris, cara SVSANNA dabit.  
Hic simul est, quod sola simul fert virgo cupita,  
Vt pia sit, prudens, pulchra, pudica, potens.  
Felix, qui potuit tantam comprehendere prædam,  
Nec subiit vitæ magna pericla suæ!  
TVque SVSANNA! capis virtutis præmia castæ,  
Cui CAROLVS pulcher, gaudia mille dabit.

Læta dies hilares animo iubet edere plausus,  
Carmina lætitiae dent noua signa suæ!

Perpetuo teneræ iunguntur foedere dextræ,  
Et subeunt casti, gaudia blanda, tori.  
Nomina nunc coalent CAROLI, dulcisque SVSANNÆ,  
Stirpis & HELLEMBACH, SEMBERIAE que do-  
mus.  
Innumeris, TIBI, Sponsa, procis fortuna fauebat,  
Ast, CAROLO bello, bella SVSANNA manet.  
Crescite nunc hilares, crescat concordia concors,  
VOS Deus omnigena prosperitate beet.  
Nascatur clarum, claro de germine, germen,  
Perpetuo germen, germinet hocce nouum.

*Semper Apollo placens. Expertus, dicito, sodes,  
Martis, vel Veneris, quæ mage castra placent?*



Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle  
006 310 079

3



6017  
6018



74

**SACRA NVPTIALIA**  
*Illustrissimi, ac Magnifici*  
**DOMINI, DOMINI**  
**JOANNIS CAROLI**  
 L. B. de  
**HELLEMBACH,**  
 Dynastæ Hæreditarii in Patzola &c.  
 SPONSI FELICISSIMI

*Cum*  
*Illustri, ac Splendidissima*  
**VIRGINE**  
**S VS ANN A,**  
 Spectabilis quondam ac Generosi  
**DOMINI, DOMINI**  
**JOANNIS SEMBERI**  
 De Felsö Szud,

Dominiorum Cameratico- Montanorum Praefecti &c.  
 FILIA LECTISSIMA  
 SPONSA DESIDERATISSIMA

A. R. S.

M. DCC. XLIII. die XIX. Februarii  
**VETERESOLII**  
 celebrata,  
*læta mente recolunt*

Dionysius & Michael Radvanszky  
 fratres.

*POSONII,*  
 Typis Hæredum Royerianorum 1743.

